

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---


**Brevi Commentatione In Ephes. Cap. I. Comm. XIX. Seq. Praemissa Dies  
Pentecostes Pie Sancteqve Celebrandos**

[Jena]: Ex Officina Fickelscherria, MDCCCLXXVIII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1042507848>

Druck    Freier  Zugang





Fr. 1399<sup>1.2.</sup>





3.

BREVI COMMENTATIONE

IN EPHES. CAP. I. COMM. XIX. SEQ.

PRAEMISSA

# DIES PENTECOSTES

PIE SANCTEQVE CELEBRANDOS

INDICIT

ACADEMIA IENENSIS.



---

EX OFFICINA FICKELSCHERRIA

clo cclxxviii.

Fo 1399 2.

DEI GRATIA  
**CAROLVS AVGVSTVS**

DUX SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIS  
THVRINGIAE MARCHIO MISNIAE COMES PRIN-  
CIPIS DIGNITATE HENNEBERGAE COMES MAR-  
CAE ET RAVENSBURGAE DYNASTA RA-  
VENSTEINII REL.

RECTOR ACADEMIAE  
MAGNIFICENTISSIMVS

S. D.  
**CIVIBVS**

**D**uus Paulus, cui in vniuersa epistolae ad Ephesios parte priore θεωρητική id potissimum propositum erat, ut lectoribus ingentem tummorum beneficiorum curulum ob oculos peneret, quorum genuini Iesu Christi discipuli, siue gentiles antea fuerint siue Iudei, per fidem in Salvatorem optimum participes facti sint; idem hoc agit CAP. I. Comim. 16. seqq. ubi Deum p̄ecatur, ut mentis eorum oculos illustrare velit, quo intelligere valeant plenius, tum quam egregia sperare licet his, qui doctrinam salutarem, Deo ita iubente ipsis annuntiatam, sincera fide amplexi sint, et quam luculenta ac locuples sit haereditas illa, in cuius partem Deus Ephesios, vna cum caeteris filiis suis, vacauerit; tum etiam Comm. 19. 20. τι το ὑπερβαλ-  
λον μεγεθος της δυναμεως αἰτουσίς ήσας της πισευοντας κατα-  
την ἐνεργειαν του ιερατους της ιχνους αὐτου, ήν ἐνηργησεν τῷ Χε-

50,

τῷ, ἐγερας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐνθίσεν ἐν δέξιᾳ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπεργανοῖς. De cuius oraculi vero sensu ut rectius, CARISSIMI CIVES, ipsi iudicare possitis, aditum ad accuratiorem eius intelligentiam praeuiis quibusdam monitis patescitemus.

Dudum obseruarunt viri docti, epistolas ad Ephesios et ad Colossenses, eodem tempore scriptas, tantam habere inter se similitudinem, sive sententias sive verba et loquendi formulas species, ut difficiliores alterutrius epistolae loci haud felicius quam ex altera illustrari possint. Sed si vel minus certo de perpetuo fere viriusque epistolae parallelismo nobis constaret, neminem tamen dubitaturum esse existimamus, loco supra allato simillimum esse hunc, qui legitur in epistola ad Colossenses Cap. 2. comm. 12. 13. ἐν ὁ (βαπτισμάτι) καὶ συνηγέντε (συν τῷ Χριστῷ) διὰ τῆς πιστεως τῆς ἐνεγειας τῷ θεῷ τῷ ἐγεραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. In vitroque effato et fides commemoratur et omnipotentia Dei, qua Christus e morte suscitatus fuit. Prima igitur lex, cui in interpretando loco, quem explanandum nobis sumus, adstringere nos debemus, haec est, ne verbis Pauli, ad Ephesios scribentis, sententiam subesse statuamus, quam verba simillima, in epistola ad Colossenses occurentia, respuant.

Deinde quemadmodum in epistola ad Colossenses post verba modo laudata mox comm. 13. sequitur: καὶ ὑμᾶς, νεκρες ὄντας ἐν τοῖς παραπτώμασι — συνέχωστοις (ὁ Θεος) σὺν αὐτῷ (τῷ Χριστῷ) χαρισμένος ἡμῖν πάντα τα παραπτώματα: ita enim in epistola ad Ephesios, postquam Christi, diuina omnipotentia et sepulcro suscitati et in coelum evecti, mentio facta esset, paucis interiectis, quae ad summam Salvatoris nostri in coelo iam cum Patre regnantis maiestatem declarandam spectant, pergit apostolus Cap. 2. comm. 1. et 5, 6: καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκρες τοῖς παραπτώμασι, συνέχωστοις τῷ Χριστῷ — καὶ συνηγένε, καὶ συνεκάθισε ἐν τοῖς ἐπεργανοῖς ἐν τῷ Χριστῷ. Arctissimo vinculo et indiuulso nexu cohaerere haec cum verbis, de quorum sensu disputamus, tum ipsa docet totius orationis conformatio, tum parallelismus extra omnem ponit dubitationis aleam, Atque hinc

[decorative horizontal line]

efficitur, nullam verborum illorum interpretationem veram esse posse, quae cum his, quae in iextu sequuntur, rite e parallelo intellectis, apte componi nequeat. Quamobrem ante omnia disquirendum est, quanam ea vita sit, quam Deus Christianis, in peccatis suis antea mortuis, una cum Christo rediuiuo, latus esse dicitur. Mittimus iam patrum sententias, quorum per multi opinati sunt, nullam hominibus exspectandam fuisse post mortem vitam aliam, nisi Christus sua morte hanc nobis gratiam promeruisse, atque, cum reuiuisceret ipse, portas inferni quasi percepisset, hocque modo effecisset, ut nobis quoque post mortem redditus in vitam iam pateat. Nec omnes recentiorum interpretationes recensere lubet. Ex his tamen plerique fere *νεκρος ταῖς ἀμαρτίαις*, sive ut Paulus ad Colossenses scripsit, *ἐν ταῖς ἀμαρτίαις*, accipiunt de hominibus spiritualiter, ut loqui amant, mortuis, hoc est de iis, qui peccatis dediti ita viribus carent spiritualibus, ut Deo obedire eiusque leges seruare haud possint. In vitam vero hos renocari putant per regenerationem, qua fiat, ut Spiritum Dei et Christi accipient Rom. 8, 9. et Deo iam viuere possint, Gal. 2. 19. 20. Hoc autem *ζωον θνηταὶ dicī cum Christo*, quoniam, quemodmodum Christus e morte suscitus est per virtutem Patris, ita regeniti quoque novo modo et multo aliter ac antea vitam instituunt, Rom. 6, 4. Haud diffitemur, loquendi usum non repugnare magnopere huic interpretationi vocabuli *νεκρος*, quod de spiritualiter mortuis usurpatum aliquoties in sacris litteris comprehenditur, v. c. Matth. 8, 22. Rom. 6, 2. 13. Eph. 5, 14. Verum phrasis integra, *νεκρος ταῖς ἀμαρτίαις*, hoc sensu nusquam ocurrat, sed de iis porius dicitur, qui peccatis nuntium remiserunt, e. gr. Rom. 6, 11. Hunc vero sensum, nonnullis nostro etiam in loco probatum, respuit phrasis synonyma *νεκρος ΕΝ ἀμαρτίαις* in loco parallelo Col. 2, 13. Quare nec audiendus esset, si quis hoc ipso loco, nostri ut diximus simillimo, abuti veller ad confirmandam eam interpretationem, quae mortuos de his accipit, qui peccandi consuetudinem deponunt. Paulus quidem in baptismo eos cum Christo resurgere docet, quos in eodem baptisme cum ipso sepultos esse dixerat; hoc est, ut ex antecedentibus patet, eos qui *τὸ σῶμα τῆς σάρκος* atque vitia exuerunt; sed nihil nos cogit, ut  
inuitio

inuito loquendi vsu, *vengous ἐν ἀμαρτιαις* nuncupari statuamus homines eandem ob rem, propter quam Apostolus cum sepultis eos comparauerat. Quae de sepultura traduntur, non spectant ad consequentia, in quibus de *vengous ἐν ἀμαρτιαις* agitur, sed ad antecedentia potius. Circumcisionis mentionem iniecerat Apostolus, atque iudaice circumcisioni longe praestantiorum esse affirmauerat christianam, qua non minuta quaedam corporis curicula, sed totum velut carnis sive prauitatis corpus in baptismate resecretur. Quoniam autem solemne est Apostolo, baptismum comparare cum sepultura Christi, superioribus subueniet: *atque sic cum Christo quasi seulti es sis.* Tum vero ad enumeranda alia beneficia, quorum Christiani in baptismate participes redduntur, progreditur et talibus vtitur loquendi formulis, quas sepulturae commemoratione in mentem ipsi reuocauerat. Neque seulti tantum es sis, inquit, cum Christo, sed resurrexis sis etiam cum eo resurgentem; — nam, sic verendum h. l. est *καὶ* cum mortui (h. e. morti atque poenis addicti) es sis propter (ev) peccata vestra et propter carnalem animorum vestrorum conditionem, quae velut *ἀγοθυσία* quaedam, antequam in circumcisione christiana vs. i. r. abscederetur, profanos atque detestabiles vos reddebat; tales igitur cum es sis, *Deus, Salvatorem vestrum in vitam reuocans, vos quoque vita et immunitate donauit, et capitale supplicium promeritis delictorum omnium gratiam fecit.* Manifestum est, Paulum ipsum diserte explicare, quid h. l. significet *ζωποιεῖν*: nempe *χαρισθεῖ τα παραπτωματα,* dare peccatorum veniam. Quodsi vero per *ζωποιεῖν* describitur supplicii peccatis promeriti remissio, oppido certum est, mortem illam, a qua homines *vengous ἐν τοις παραπτωμασι* dicuntur, nihil esse aliud, quam obligationem ad poenam, qua tenentur peccatores, quippe qui sunt *τεκνα ὥργης*, qua formula commodum Apostolus vtitur vs. 3. ad declarandam vocabuli *vengous* significationem. Atque tantum abest, vt huic interpretationi vsus loquendi repugneret, vt ei potius luculenter suffragetur. *Nekesos enim non solum dicitur*, qui mortem (quocunque vocabuli significatu) vera re obiit, sed is etiam, qui morti est obnoxius, vi c. Rom. 8, 10. vt *ἀποκτείνειν* quoque interdum significat morti obnoxium reddere, velut Rom. 7, 11. Mortem vero in sacris litteris saepe pro quibusunque peccato-

peccatorum poenis generatim ponit, omnibus notum est. Nec quisquam facile dubitauerit, ἐν recte a nobis redditum esse propter. Certe 2 Sam. 3, 27 ἀπεθανεῖται τῶν αἰμάτων αἵστησι omnes vertuntur: interfectus est propter caedem Asaelis commissam, et Ezech. 18, 18. ἀποθανεῖται ἐν ταῖς αἰδίναις, morietur propter delicta, id quod cap. 3, 18. omisso ἐν (vt Eph. 2, 1. 5.) scribitur τῇ αἰδίνᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται coll. comm. seq.

Quae de sensu loci Col. 2, 11. 13. strictim differimus, nullo negotio in locum alterum Eph. 2, 5. accommodari possunt, eoque magis de hoc etiam valere debent, quod Apostolus Ephesios, cum Christo in vitam reuocatos, etiam *in coelo collocatos esse* affirmat in Christo. Hic dicant nobis aperte, quae sumus, qui ζωοποιοῦν spiritualiter de regeneratione et interna mentis emendatione, ac νεκρούς de spiritualiter mortuis explicari cupiunt, quid si spiritualis illa euectio in coelum, quae ad nouam mentis vere christiana indolem spectet? Nam si mors et ζωοποιοῦν spirituali modo accipienda sunt, τοις συγναθήσεις ἐν τοῖς ἐπιγενοῖς similiter accipiatur, necesse est. Hoc igitur cum fieri non possit, nisi ad interpretationes valde contortas delabi velimus, nec illud admittendum est. Qui vero ζωοποιοῦν e loco parallelo nobiscum de venia peccatorum interpretantur, per Christi mortem eiusdemque redditum in vitam parta, Rom. 4, 25. facile verborum συνηγένεται συνενθάσιος sensum declarare possunt. Nimirum resurrectione Christi tam certum est futurae nostrae resurrectionis pignus, ut de ea aequi securi esse queamus, ac si una cum Christo, qui est ἡ ἀπαχὴ τῶν μενοιμημένων, jam resurrexissemus, 1 Cor. 15, 20. 21. 22. 2 Cor. 4, 13. 14. atque evectio eius in coelum plane non finit nos dubitare, quin eo, quo ipse προδόχομος ἀπέξ ήμων praeiuit, Hebr. 6, 20. ut mansionem nobis pararet, Io. 14, 2. 3. nos quoque venturi et cum ipso regnaturi h. e. aeternum beatissime vivi simus Matth. 19, 28. Io. 17, 24. Rom. 8, 17. 2 Tim. 2, 12.

His praemissis, jam ad oraculi, initio huius commentationis transcripti, explanationem adgrademur. Intellexus eius pender partim ex vi et potestate vocabuli κατα, partim ex modo, quo verba

verba κατα την ἐνεργειαν του κρατους της ιχνος αὐτου cum leli-  
qua oratione connectuntur. Sunt, qui verba haec cum antecedentibus το ὑπερβαλλον μεγεθος της δυναμεως αυτω iungant, unde,  
si notio, quae subest vocabulo πισευοντας, non nimis prematur, et  
κατα reddatur secundum, sensus existit hie: quam immensa sit ea,  
quam Deus Christianorum causa impendit, potentia, id quod pa-  
ter s. cuius magnitudo aestimari potest (κατα, ut in phras: secun-  
dum Evangelium meum, Rom. 2. 16. et alibi) ex stupendo huius  
omnipotentiae effectu in resurrectione Christi. Alii similiter κατα  
την ἐνεργειαν referunt ad μεγεθος της δυναμεως, sed κατα vertunt  
pro, atque adeo sententiam, quam verbis inesse putant, paulo  
aliter informant. Sed virique huic interpretationi officiunt loci  
paralleli verba: πισις της ἐνεργειας, e quibus discimus, την ἐνερ-  
γειαν της δυναμεως, cogitando coniungendam esse cum πισευοντας.  
Hoc secum reputantes interpres haud pauci, πισευοντας κατα  
την ἐνεργειαν της κρατης της ιχνος της θεος propterea dici putarunt  
credentes, quod fides divinae omnipotentiae effectus est supernatu-  
ralis. Ulro fatemur, talem sententiam ejusmodi verbis describi  
potuisse. Nam simili fere modo cap. 7. Paulus apostoli munus  
delatum sibi esse dicit κατα την δωρεων της χαριτος της θεος, την  
δοθεισαν (sive της δοθεισης) αυτω KATA THN ENEPEIAN  
της δυναμεως της θεος, et I Cor. 12. 8. aliis λογον σοφιας dari do-  
cet ΔΙΑ του πνευματος aliis vero λογον λυσεως KATA το αυτο  
πνευμα, coll. comm. II. Verum plura sunt, quae impedit vi-  
deatur, quo minus huic loci nostri explicationi calculum nostrum  
adire possumus. Nisi enim in interpretando loco parallelo inten-  
pessine dogmaticorum decretis obtemperare malimus quam loquen-  
di usui, την πισιν της ἐνεργειας neutiquam de fide, quae effecta  
sit per ἐνεργειαν Dei, sed de ea, cuius obiectum atque fundamen-  
tum sit immensa Patris nostri coelestis potentia, explicabimus. \*)  
Quid?

\*) In Sacris Novi Testamenti libris, vocalulum secundo casu voci πισι  
iunctum semper indicat nisi obiectum. Sic πισι θεος Marc. II. 12  
πισι Ιησου Χριστου Rom. 3. 22. Gal. 2. 16. cap. 3. 22 Eph. 3. 12. Phil.  
3. 9. Iac. 2. 1. Apoc. 14. 12. πισι του ενεργειου Phil. 1. 27 πισι του  
διοριστος Act. 3. 16. πισι της επινοιας Act. 14. 9. Unicum excipimus  
locum 2 Thess. 2. 13, ubi πισι αληθεια significat πισι ελεγμη.

Quid? quod ipsae etiam dogmaticae rationes illi interpretationi repugnare videntur. Nam ἐνεργεία diuina, que fides accenditur in animis hominum, non est ἐνεργεία eius potentiae, qua Deus e morte Christum suscitavit. Mortui enim suscitationem actum esse potentiae *absolutae*, fatentur omnes; contra vero fidem ingenerari per actum potentiae *ordinatae*, ii soli negare possunt, qui simul hominem diuinæ gratiae resistere posse negant. Neque facile eum interpretatione hac conciliari possunt, quae de vera ζωοποίησι notione supra disputauimus. Quae cum ita sint, mirum videbitur nemini, recentiores plerosque, abjecta hac interpretatione de inuenienda alia sollicitos fuisse. Consentient fere inter se, κατὰ denotare similitudinem aliquam, atque comparationi h. 1. inseruire, veluti Gal. 4, 28. et 1 Petr. 1, 15. quo posito, oraculi Paulini sensum hunc esse tradunt: Deum in fidelibus exservisse seu exserturum esse potentiae suae vim, simillimam ei, qua Christum e sepulcro eduxit eumque in coelo ad dextram suam collocavit. Si porro ex iis quaeras, quanam in re vis illa diuina in credentibus sese exserat? uno quidem ore respondere solent in ζωοποίησι credentium vim illam diuinam spectandam se praebere; verum in finienda vivificationis, ut loquuntur, notione, in diuersis discedunt sententias. Sunt enim 1) nonnulli magni nominis interpretes, qui Paulum hic docuisse existiment, in suscitandis olim credentibus vim Deum exserturum esse similem ei, qua Christus e sepulcro exsiccatus est. Sed, ut taceamus, ad excitationem piorum haud maiorem requiri omnipotentiae vim, quam ad impiorum resuscitationem \*), conciliari haec interpretatio vix potest cum iis, quae de vivificationis indole ex loco parallelo supra euicimus. Hanc enim peccatorum venia contineri vidimus. Itaque alii 2) similitudinem cum resurrectione Domini in eo quaerunt, quod regenerationem et conuersio peccatoris, qua vita spiritualis ipsi datur, tam ardua res sit, ut ad eam perficiendam haud minore omnipotentiae efficientia opus sit, quam fuit ea, qua Christus in vitam reuocatus batur.

\* ) Hanc obiectionem evitabis, si talem innui dicas redditum ex inferis, qui coelestis gloriae adferat consecrationem, ut Paulus cap. 2, 5. τῷ συνεζωοῦσσε addit τῷ συνεκάθιτε ἐπ τοῖς ἐπόγειοις

batur. Verum supra iam ostendimus, neque mortem neque nouae vitae largitionem accipi h. l. morali sentiu posse. Nec repetere iubet, quae de differentia inter potentiam absolutam atque ordinatam modo notabamus\*). Superest 3) eorum lententia, quibus de significatione της ζωοποιητεως nobiscum conuenit. Hi igitur similitudinem, quam per κατα indicari arbitrantur, ita declarant, ut ad peccatorum veriam nobis procurandam et impertiendam aequae infinita potentiae diuinae energia opus fuisse statuant, atque ad suscitandum a morte Christum. Hanc caeteris praestantiorem esse interpretationem, adeo nobis est persuasum, ut simpliciter veram eam esse pronuntiatur essemus, nisi parallelismus verborum πισεντες της ἐνεργειας ei (aeque ac ceteris duabus modo laudatis) obstat videtur. Hic enim suadet, ut verba κατα την ἐνεργειαν arcte cohaerere credamus cum proxime precedente πισενοντας: quo admisso, omnes corruunt interpretationes, quae την ἐνεργειαν, ην ἐνεργησεν θεος εν τω Χριστω ope vocabuli κατα conferri aut aequari volunt cum δυναμει θεου εις της πισενοντας.

Si igitur, re ex omni parte diligentissime considerata, ea loci nostri interpretatio pro vera habenda est, quae primum naturalem et per parallelismum confirmatam consecutionem verborum πισεντες κατα την ἐνεργειαν, ην ἐνεργησε εν τω Χριστω nullo modo dissolut; quae secundo obiectum atque fundamentum της πισεως

πισεως

\*<sup>3)</sup> Caeterum scite Chrysostomus in hunc locum: του ακατοιητορον πολλων θαυμασιωτεροι το πεισαι ψυχας. Ειπεν δ Χριστος τω τεθνεωτι, λαζαρος δευτερος εξω, και ενθεως μπακεσεν. — Ερει αυτος ει τη τελευταιαν ιμερη, και πατερες ακαπνοιται, και μετα τοσυτα ταχχεις, ης τως ετι ζωντας μη φθεσαι τους κοιμησεταις — Επι δε τη πισενσι, οχι οτιος. — ολλα πισ; Αγχε αντε παλιν λεγοντος ποσακις ηθελησα επιστηκυαγειν τη τενια βρων, και εγκιθελησατε. Ορεις, οτι τατο δυσκολωτερον; — πολλα γαρ ειτι λογισμοις αιδονπινοις δυσκολωτερον προσαιρεσιν πεισαι, του φυσι έργοντασιν. Το δε αιτιον, επιειδη αντος ούτω βιλεται έσοντας ημας γενεδαι κάκτος. Ούτως είκοται οπε το ιπερβικλλον μεμενος τως δυναμεως αύτα εις ημας κ. τ. λ.

B

*της ἐνεργειας* (Col. 2) hanc ipsam *ἐνεργειαν* esse sumit; quae tertio vivicationem Christianorum, quae ipsis tum contigit, cum Christus in vitam reuocaretur, cap. 2, 5) de peccatorum remissione accipit: quae denique quarto loquendi usui non aduersatur: haec nostro iure nobis videbitur caeteris praferenda, quam nunc paucis proferemus. Optat igitur Apostolus, ut Ephesii magis et magis intelligent, quam liberaliter et efficaciter Deus infinitam potentiae suae vim impenderit, ut saluti eorum consuleretur, qui Christum Iesum sincera amplectuntur fide, tali nimirum, quae Saluatorem, ob peccata nostra mortuum, diuina omnipotentia resuscitatum et in diuini in res creatas omnes imperii consortim assumum esse firmiter credit, atque his diuinae omnipotentiae documentis, tanquam inconcuso fundamento, tota innititur. Exseruit autem Deus potentiam suam *εἰς ἡμᾶς* sive nostra causa nostroque commodo tum in aliarum rerum per multarum, quae ad salutis nostrae reparationem eiusque annuntiationem pertinebat, dispositione, tum vero in primis etiam in resurrectione Christi, quae indissolubili vinculo cum salute nostra coniuncta est. Huic enim non solum superstructa est firma nostra persuasio, Iesum vere esse Saluatorem illum, humano generi a Deo clementissime concessum, sed eidem etiam debemus *ζωοποισιν* nostram. Quemadmodum enim Dominus mortuus est, *διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν*, ut peccatorum veniam nobis impetraret, ita resurrexit etiam *διὰ τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν*, Rom. 4, 25. ut de venia impetratu certi essemus. Quid enim Deus culpae nostrae expiatorem e morte excitauit, a poenis immunes nos esse ipsa re declarauit. Quin suscitatus fuit Christus, ut in coelos ascenderet atque ipsum aeterni Patris solium occuparet, quo nobis, ipso iam cum Patre imperii clavum tenente, optime prospectum fuit. Rom. 8, 34. Hebr. 8, 1. 9, 24. 10, 12. seqq. Atque hinc intelligitur etiam, per quam apte Christianos dici credere *κατὰ τὴν ἐνεργειαν*, propter \*) hanc ipsam omnipotentis Dei virtutem

\*) Perinde est, sive *κατὰ* veritas *propter*, ut Matth. 19, 13. sive *ex* quorum fides pendet *ex* operatione omnipotentiae diuinæ, quam in resurrectione Christi cernimus, ut Act. 3, 17. Luc. 1, 18.

tem infinitam, quae in suscitando Christo te exseruit. Vti enim resurrectio Salvatoris nostri palmarium est fidei nostrae obiectum, ita etiam firmissimum eius fundamentum est. Quamobrem Paulus ipse aperte fatetur 1 Cor. 15, 14. 17. si Christus non surrexerit, oppido vana est fides vestra, et vos adiuc in peccatis vestris estis, h. e. paccatorum veniam neutiquam impetravistis, sed usque potius adhuc estis *ἐν ταῖς ἀναταῖς*, quae verba mirifice illultrant ea, quae de credentium *ζωοποιεῖσσι τῷ Χριστῷ ζωοποιοῦσθεντι* scripsimus. Praeterea in saceris litteris, praesertim apud diuum Paulum, saepe saepius repetitum legimus, fidem Christianorum esse fidem *in eum*, qui Christum e mortuis suscitauit, v. c. Rom. 4, 24. cap. 10, 9. 10. 1 Thess. 4, 14. 1 Petr. 1, 21. atque huic fidei iisdem in locis clare tribuitur etiam hoc, quod iustificemur, siue, quod idem est, vivificemur, cum Christo in vitam reuocato; quemadmodum Abraham quoque Paulus iustificatum esse tradit propterea, quod creditit *in eum*, qui mortuos *in vitam reducit*, vid. Rom. 4, 17. coll. 22. Ex quibus omnibus patet, analogiae scripturae et doctrinae Paulinae apprime consentaneam esse nostram oraculi, satis iam pro instituti ratione declarati, interpretationem.

Vestrum nunc est, CIVES CARISSIMI, ingentem summorum beneficiorum numerum, quae Saluatori nostro Optimo Maximo et eius resurrectioni et in coelum ascensioni accepta ferimus, serio atque pie meditari. Neque sane beneficiorum illorum minima pars putanda est Spiritus Sancti super Apostolos effusio. Ipsi enim Dominus noster teste Ioanne cap. 16, 7. docuit, hanc ipsam ob causam *vtilissimum discipulis suis fore suum ad Patrem redditum*; neque enim, nisi rediret ipse in coelum, Spiritum hunc esse venturum; sed post abitum suum ad Patrem certissime se eum esse ipsis mislurum. Atque si vel nullum aliud existaret infinitae, quam Deus nostro commodo exseruit potentiae documentum, quam hoc, quod Apostoli Pentecostes die experti sunt; tamen hoc solum immensae illius potentiae ambitione abunde monstrarer, atque simul divini



fauoris magnitudinem declararet erga eos, qui credunt in eum,  
qui Christum e sepulcro eduxit, atque in coelis ad dextram suam  
collocavit. Quam vero multorum magnorumque bonorum fons  
sit haec Spiritus Sancti in Apostolorum mentes immissio, Vos cives  
optimi, haud ignoratis. Sed ut id penitus intelligatis, diligen-  
tiusque Vobiscum reputetis, omni studio per festos hosce dies elab-  
orabunt verbi diuini praecones, ad quorum sermones audiendos  
ut frequentes confluatis, ipsisque auditores Vos praebeatissimis non at-  
tos solum, verum, ut par est profecto, gratos etiam, serio  
hortamur.

P. P. ipso die Pentecostes MDCCLXXVIII.

(L.S.)




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1042507848/phys\\_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1042507848/phys_0017)

DFG



F Repnien





m, quae in suscitando Christo se exseruit. Vti enim  
Saluatoris nostri palmarium est fidei nostrae obiectum,  
missimum eius fundamentum est. Quamobrem Paulus  
fateretur i Cor. 15, 14. 17. si Christus non resurrexerit,  
est fides vestra, et vos adiuc in peccatis vestris estis,  
torum veniam neutquam imperauistis, sed usq*uo* potius  
ēt τας ἀνατριας, quae verba misericordie illustringant ea,  
edentium ζωοντες συν τω Χριστω ζωοποιηθεντι; scripsi-  
sterea in sacris litteris, praeſertim apud diuum Paulum,  
us reperiū legimus, fidem Christianorum esse fidem  
Christum e mortuis suscitauit, v. c. Rom. 4, 24. cap.  
i Thess. 4, 14. i Petr. 1, 21. atque huic fidei iisdem  
re tribuitur etiam hoc, quod iustificemur, sive, quod  
vivificemur, cum Christo in vitam reuocato; quem-  
Abraham quoque Paulus iustificatum esse tradit pro-  
od creditit in eum, qui mortuos in vitam reddit, vid.  
17. coll. 22. Ex quibus omnibus patet, analogiae  
et doctrinae Paulinae apprime consentaneam esse  
raculi, fatis iam pro instituti ratione declarati, inter-  
n.

im nunc est, cives CARISSIMI, ingentem summorum  
in numerum, quae Saluatori nostro Optimo Maximo  
irrectioni et in coelum ascensioni accepta ferimus, se-  
rie meditari. Neque sane beneficiorum illorum minima  
da est Spiritus Sancti super Apostolos effusio. Ipsi enim  
nostre teste Ioanne cap. 16, 7. docuit, hanc ipsam ob-  
missimum discipulis suis fore suum ad Patrem redditum;  
i, nisi rediret ipse in coelum, Spiritum hunc esse ven-  
d post abitum suum ad Patrem certissime se eum esse  
um. Atque si vel nullum aliud existaret infinitae, quam De-  
commodo exseruit potentiae documentum, quam hoc, quod  
enteostes die experti sunt; tamen hoc solum immensae  
ntiae ambitum abunde monstraret, atque simul diuini

B 2

fauoris